

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De modo habe[n]dæ Diuinæ præsentiaæ. C. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

XI. DE ORAT. PRÆSENTIA DEI, IACVLATÓRIIS.

CAPUT SECUNDUM.

De modo habende Diuina præsentia.

Modum Diuina præsentia varijs varijs explicant omnes benè, et si non vna ratione omnes. Accidit in explicatione rerum spirituallium id, quod in opificis. Nam aliter unus artifex fundit, & format vas aliquod argenteum, alter aliud, alter tertius: sic ædificia non uno modo erigunt architecti. Alter pingebat Michael Angelus bonaror, alter Titianus, alter Baroccio, aliter Rubenius & alij præstantissimi pictores: quilibet iuxta propriū genium: omnes benè, ita doctrinam de rebus spiritualibus, alter proponit unus magister, alter aliud: sed dum ad eundem scopum perfectionis Euangelice, per media apta & honesta, suos ducunt, bene proponuntur.

Mihi placet ille modus, qui Primo, Caput & imaginationem non fatiget, quam multi cum iactura sanitatis laeserunt, & se reddiderunt inhabiles ad pietatis officia, indiscretè querentes Dei præsentiam. Secundo, qui non faciat stolidos, in operibus ordinariis faciendis, & quasi abstractos. Tertio, qui potius iuuer ad opera melius & perfectius peragenda. Quartu, qui non tantum eternis, sed omnibus prorsus conuenientijs præsertim, qui ratione sui officij vel instituti cogunt distractiva obire officia, & cum hominibus veritate. Quinto, qui contineat practicum exercitium omnium virtutum. Sexto, qui representet modum agendi nostrorum Angelorum custodum, qui semper vident faciem Domini &c. Et tamen (vt ait S. Gregorius) Ad nos venient, quia & spirituali præsentia ad nos foras extenu, & tamen ibi se, unde recesserunt, per internam contemplationem feruant; nos tamen custodiendo, diligunt nos & opera nostra, sine iactura beatæ contemplationis diuinitatis, quā perfunduntur in celo. (vt, inquit S. Bernadus) parvulorum custodia deputati, vt non priuati vlo modo, beatitudinem sua. Quamvis enim, inquit B. Laurentius Iustinius, ad diuina peragenda mysteria excent, ita tamen, vt nequamvis visione priuentur: quoniam etsi idem beati spiritus circumscriptibantur loco, ipse Deus quilibet beatitudine est, circumscriptus non est.

Hic ergo modus, sic à me tradi solet.

Modus practicus huius Exercitij consistit in tribus.

Primo. In actuali memoria, seu cogitatione de Deo.

Secundo. In oblatione operum & sermonum nostrorum.

Tertio. In modo perfecto operandi.

Quantum ad primum punctum huius practici modi, circa memoriam & cogitationem de Deo actualem in eo non est adhibenda imaginatio, ad representandum Deum sibi certâ aliquâ specie, vel cenis, vt visus est à Daniele, vel

Tom. 2.

lucis, aut caliginis, que imaginationes plerique 16. indiscretis nocuerunt. Submoue, inquit S. Basilus, ista corporisphantasmata: nullo pacto potest si tam. gurari Deus, simplex, sim magnitudine, fixe quantitate: noli aliquam formam in illo imaginari, noli Iudai- co more diminuere magnum, nec prehendas Deum cogitationibus corporaliter, nec circumscrivas illum mente tua: Quod quia veteres monachi ignorarunt, vel non scrupulunt, incidunt in Anthropomorphitarum hæresim, teste Cassiano, putantes Coll. 10. omnino Deum formâ corporeâ circumscriptum; nihil se tenere credentes, si propositam non habuerint imaginem quandam, quam in supplicatione sibi repræsentarent. Non est ergo necessaria villa corporeâ Dei repræsentatio, ad exercitium Diuinae præsentiae; sed eo modo haberi debet de Deo cogitatio, eiusque memoria, quo habetur in exercitio actuum fidei, qua hic exēcenda est circa tria.

Primo. Circa imminutatem Dei, ob quam (vt Ier. 43. 12.) dicitur apud Ieremiam) colum & terram impletæ ac proinde præsens est creaturis omnibus intimæ, vt cum S. Thoma docent omnes Theologi. c. i. did. Ob quam intimam eius præsentiam, S. Diony- nom. sius mundanum, circummundanum, supermundanum, supercellestem, supersubstantiale, Deum appellat.

Secundo. Actus fidei in hac Dei memoria & cogitatione exerceri debet circa scientiam Dei infinitum, quā omnia nostra externa videt, & intētā perfectissimè ob quam appellatur, Scrutator cordium; & eius oculis, nuda & aperta sunt omnia, idque intimè cernentibus singula. Oculi Rom. 8. enim Domini multo plus lucidiores sunt super solem, 27. circumpunctantes omnes vias hominum, & profundum abyssum, & hominum corda intruentes in absconditas partes. Quam ob causam à S. Dionysio Arcopagita, appellatur, omnium circumapprehensius: hoc c. i. did. est, vt ibi exponit, S. Thomas, quia perfectè cognoscit proprietates & circumstantias rerum, & quidditates seu essentias omnium: & cognitionem rerum non accipit à rebus, sicut nos, sed scientia eius præexistit rebus. Et non tantum Dei ipsius, sed etiam Christi ut hominis, tales sunt oculi: quam ob rem à S. Chrysologo vocatur, Totus oculus.

Tertio. Fides exerceri debet circa concursum 18. Dei ad omnes nostras actiones, sine quo nulla fieri possunt. creatura quicquam efficeret. Qui actus fidei, sine vlo discursu & mora temporis elicendi sunt, per cogitationem & simplicem apprehensionem harum trium veritatum, quas omnes Catholicæ credunt de Deo. Ex hac enim memoria harum diuinatum perfectionum oritur, ne homo audeat peccare, & vt benè faciat omnia, quæ facit cum concusso Dei. Sed sine hoc tertio actu explicito fidei, potest hoc exercitium practicari.

Et talen præsentia diuina modum videtur approbare S. Ignatius in libro Exercitorum, ubi agens de examine generali conscientia, ait:

A 4

Ptr-

§. 2. Perfectis concedi turare per creaturas, quia ex contemplationis vsu, & fiduo, & illustratione intellectus, considerant propius, atque deprehendunt Deum secundum essentiam, presentiam & potentiam suam, creature cuiuslibet inesse: unde ad praestandam illi debitam in iuamento reverentiam, paratores sunt alii, qui ex perfectionis nondum prouecti sunt. Et hæc tantum de primo puncto presentiae Dei dicta sufficiant. Porro ut hoc obiter dicam, modi ex parte nostra, hanc Dei presentiam, (hoc est, Dei vel affidam, vel frequenter recordationem, eamque sancto quadam sapore replente animas nostras, & utilitates supradictas adferentem) sunt isti:

Primo, ait uscat homo singula sua opera; saltem eorum initio, Domino Deo offerre, modo capite sequenti explicando: certissima enim experientia comprobatum est, etiam à tyronibus, hoc modo acquiri, Dei beneficio, Dei memoriam ita certam, ut post somnum immediatè Dei recordatio menti se ingrat. nihil minus ex se id tunc cogitanti, sicut & post actiones valde distractivas, dum ab illis cessatur.

Secundo, valde attendendum est refractationi passionum naturalium, etiā inuitis nobis exurgentium, praesertim ira, & tristitia, & nimis desiderij rei alicuius, etiam non male, & vehementis affectus erga rem aliquam.

19. Motus enim passionum vehementer perturbantes mentem; obstant, ne Dei recordatio in nobis, vigeat. Quà de te sic S. Diadochus: Cum anima ira commouetur, aut offusa est ei odilo ex cravulâ, aut graui angore afficitur, non potest mens, tametsi ipsa anima vim ei quodammodo adhibeat, memoriam Domini retinere, quin potius tota mens vehementer à perturbatione obscurata, a suo sensu, ob haec causam pro�us alienatur. Quamobrem non potest desiderium, sigillum suum imprimere, ut mens sine obliuione speciem meditationis ferat, durescere memoria eius, propter feritatem perturbationem. Sin autem extra perturbationes positam sit, tametsi paulisper oblitio illam promptitudinem animi surripiat, tam cito rient, solertia suâ viens, seruenter illam salutarem, & maxime experitatem predam apprehendit. Habet enim tunc ipsam gratiam unâ cum animâ meditantem, & clamantem: Domine Iesu. Sicut mater puerulum suum docet, & cum eo meditatur paternum nomen, donec ad habitum eius nominis cum perdicat: & insans puer pro aliquo alio pueri sermone clare patrem etiam dormiens appellat. Idecirò ait Apostolus: Spiritus adiuuat infirmatam nostram: quid enim oremus quomodo oportet, nescimus, sed ipse Spiritus interpellat pro nobis genitibus inenarrabilibus. Etenim, quia ad capiendam virtutem orandi perfectionem parvuli sumus, omnino auxilio eius indigenus: ut cum eius dulcedo major quam dici potest, omnes cogitationes communiscat, & suauitate perfundat, toto cum affectu, ad memoriam Dei & caritatem excitemur. Quamobrem cum in ipso, ut idem Paulus ait, Deum Patrem in clamamus, ab ipso componimus ad vocandum, sine intermissione, Abba, Pater,

CAPUT TERTIVM.

De modo offerendi res nostras Deo.

Quantum ad secundum punctum præsentie Dei, quod est, oblatio omnium opérum nostrorum & verborum, hæc notanda sunt ad primum, ut benè fiat, & sine tædio ac desfatigatio-

Notandum primò, debere nos, ut in aliis actionibus nostris, ita & in hac oblatione operum vel verborum nostrorum, imitari bonos mercatores, qui non contenti lucro quocumque, quaerunt, quād maximum: Utinam fratres,

fr. de al-
tit. & bass.
cordis.

inquit S. Bernardus, nos sic esse cupidi grata spiri-
ritualis, quemadmodum seculares homines pecunia
temporalis, debimus certe, & multum debimus vin-
cere in bono malum, & tanq; amplius desiderare, quā-
tū pretiosius est quod desideramus; sed utinam vel a-
quales esse possumus. Quemadmodum igitur mer-
catores, si certam rem aliquam vendendo, pos-
sunt maius lucrum ex ea vendita percipere, ita
vendunt, ut carius vendant, intra limites tamen
iustitia;

ita & nos opera nostra offerre debe-
mus Deo, eo modo, ex quo lucrum spirituale
maiuss, & meriti in hac vita, & præmij in alterâ,
nobis obueniat. Hunc in finem proponâ variis

modis affectuum & precatiōnū, valde apertos
ad referenda magna lucra meritorum, pre-
glosificandâ valde per ea Diuinâ maiestate. Nam,

ut ait S. Macarius, Quemadmodum quā mercato-
riam artem elegit, non unicum solum modum lucrif-
candi excoigit, sed undeconq; augere & cumulare lu-
crum, cogitat, ab hac ad aliam transiē industriam, &
deinde alius iter suscipiens, & ab eo quod nihil prodest,
transiliens, ad id, quod quiescens est currit; sic quoque

nos animam nostram artificiosè adornemus, ut luci-
faciamus verum ac summum lucrum, Deum nimirū,

qui doceat nos in veritate precari. Cū ergo ceteris
paribus, illud opus iusti sit magis meritorium,

quod fit propter obiectum supernaturale præ-
stantius, ut docet S. Thomas cum omnibus

Theologis, & cùm nullum obiectum sit præ-
stantius obiecto caritatis, prout est amor bene-
volentie, hinc talis amor, superat perfectione

1. Cor. 13, fidem, & spem, ut docet Apostolus, ac proinde vt
omnes alias virtutes: quia caritas est mater om-

1. Cor. 13, E-
tim virutum ut, ait, S. Leo: & origo omnium vir-
tutum, ut dicit, S. Augustinus.

A. de mo-
rib. Ecc.

Ideo omnia opera nostra offerenda & fa-
cienda sunt propter Deum, prout est obiectum
benevolentie, eo modo, quo nos S. Ignatius do-
cuit ea parte constitutionum; vnde Regula 17, 3 p.c. 1. G.

Summarij desumpta est: Omnes rectam intentio-
2. 1. 4. 5.

nem habere debent, non solum circa vita sua statum,

verum etiam circa res omnes particulares, id semper in
eū sincere spectantes, ut seruant & placant Diuina

bonitatis propter seipsum &c.

Quoniam autem S. Thomas dicit, excellen-
tius

2. 2. q. 121.
2. 1. ad 2.

2. 2. q. 121.
2. 1. ad 2.